

Michael Cobabus

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Michael Cobabus, S.S. Theol. D. & Prof. ad exequias, quas ... Foeminae Margaretae Elisabethae Gladowen/ paratas cupit Coniugi suae desideratissimae viduus moestissimus, Dn. Daniel Brand/ primarius huius urbis civis & Templi Mariani Praefectus fidelissimus, Hodierna luce ad horam primam in Aede Mariana. Cives suos omnium ordinum ... invitat**

Rostochii: Kilius, [1675]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777449994>

Druck Freier  Zugang




Cobabus, M.,  
in M.E.Gladow.

R. 1675.

12
















Programma,

Quo  
RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

MICHAEL COBABUS,



Theol. Doct. & Prof.,

ad exequias,

quas

*Summa & Laudatissima Fœmina*

MARGARETÆ  
ELISABETHÆ

Gladowen/

paratas cupit Conjugi suæ desideratissimæ viduus mœstissimus,

DN. DANIEL BRAND, primarius hujus urbis civis & Templi Mariani Præfectus fidelissimus,

Hodiernâ luce ad horam primam  
in Æde Mariana.

Cives suos omnium ordinum  
amanter, & diligenter invitat.

---

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.





Agna est calamitas,  
& acerba afflictio, in  
quam, sublatâ omni ho-  
nestate, vitæque inno-  
centia, justo DEI iudicio,  
ob scandala, & peccata,  
manifesta, quæ hodie in  
orbe Christiano magnâ  
licentiâ grassantur, ætas nostra incidit. Quid  
enim aliud audimus hodie, quam direptiones,  
raptus, cædes, urbium incendia, & regionum e-  
versiones aliaque veluti agmine quodam super  
alia ruere, & funditus perire? Pereunt opes, Do-  
mus sacra, profana omnia, quæ sese componunt  
ad ultima rerum suarum fata, totaq; tempestas  
procellarum undiquaque crescit, miserisque  
nos rebus, & deterioribus quotidie involvit,  
atque vitæ præsidia excutiuntur indies, adeoq;  
ut inter Christianos verâ fiduciâ Christum am-  
plectentes, & futuram filiorum DEI revelatio-  
nem vehementi desiderio anxie expectantes,  
non



non reperiatur, quem delactare amplius hujus  
lucis usura potest, vel cui inter tot anxietates, &  
ærumnas non gravis, & tædiosa est vita diutur-  
nior. Sic in orbe Christiano inter illos, qui à  
Christo nomen in Baptismo acceperunt, bello-  
rum lævit atrocitas, quia cœlestia, & cui bono  
nati sunt, non cogitant, nimisque adhærent ter-  
ræ glebæ, unde sumpti, factique sunt, non per-  
pendentes, quod omnis hujus seculi gloria sit  
instar floris & fumi: Nemo enim hodie ex fra-  
terna charitate, & Christiano officio juxta su-  
premæ Majestatis voluntatem propter peccata,  
quibus publica salus turbatur, in Servatoris no-  
stri gloriam, & sui ipsius salutem vult corrigi, &  
emendari. Adulatorum voces, quibus ulcus  
non tangitur, & illorum blanditiæ, qui, spirituali  
sapientiâ spretâ, à certamine omnibus Christia-  
nis in Scriptura commendato, prorsus abhor-  
rent, summo favore, & gratiâ, in animæ pernici-  
em excipiuntur, & foventur. Hinc illæ lacru-  
mæ: hinc illa malorum caterva, in quibus cœle-  
stis Pater in sublimi cœli fastigio habitans hu-  
milia respicit, & omnes calamitares, ad salutem  
& commoda piorum benignè disponit, ac ordi-  
nar, ut infirmam illorum fidem erigat, atque  
confirmet, eosque in pietate, & pugna spiritua-  
li reddat alacres, & animosos, in oratione arden-  
tes



res, & in patientia perseverantes. Cujus rei  
exemplum nobis præbet Fœmina Castissima, &  
Virtutibus, quæ sexum muliebrem maximè de-  
cent, conspicua MARGARETA ELISABE-  
THA Gladowen / cui hodie exequiæ parantur.  
Hæc inter tot calamitates, & afflictiones com-  
munes, quibus Ecclesia Christiana hodie premi-  
tur, veræ pietatis amans, & studiosa hujus vitæ  
mala, eâ animi constantiâ, & cordis fiduciâ per-  
tulit, ut Divinæ voluntati usque ad extremum,  
vitæ halitum sese humillimè subjecerit, sibi quæ  
omnino persvasit, afflictiones temporis præsen-  
tis, vel hujus duntaxat vitæ nullo modo respon-  
dere futuræ gloriæ, quæ revelabitur erga illos,  
qui, molestiis omnibus, DEI gratiâ, superatis vi-  
ctoriam reportant. Nam momentanea levitas  
afflictionis nostræ, teste Apostolo, mirè supra,  
modum æternum pondus parit. Scimus enim,  
quod, si terreum nostrum domicilium hujus ta-  
bernaculi destructum fuerit, ædificationem,  
ex DEO habemus, domicilium non manu fa-  
ctum æternum in cœlis. Quod natales ejus  
spectat, edita ea in hanc lucem est Anno millesi-  
mo sexcentesimo trigesimo quarto, die quinto  
Januarii ex Parentibus optimis. Pater ipsi erat  
JOHANNES Gladow / Civis, & Cerevisarius  
hujus Urbis, pius, & honestus. Mater EME-  
REN-



RENTIA Schutten/boni exempli honesta Fœ-  
mina. Avum paternum habuit Virum Amplif-  
simum, & Prudentissimum Dominum VIN-  
CENTIUM Gladowen/Consulem hujus Urbis,  
gravissimum, & de hac Civitate præclarè meri-  
tum: Aviam Maternam MARGARETAM  
Kösters / mulierem inter cæteras primariam.,  
Avus maternus ei fuit Vir amplissimus, & Con-  
sultissimus, Dn. JOACHIMUS Schutte/ Consul  
hujus Urbis gravissimus. Avia materna ILSA-  
BE Gerdes/ Fœmina matronalibus ornamen-  
tis, dum viveret, bene ornata. Proavum pater-  
num habuit Vitum Amplissimum, & Consultissi-  
mum Dn. HENRICUM Gladowen/ J. U. D. &  
hujus Urbis Senatorem Prudentissimum. Pro-  
aviam maternam ELISABETHAM von Her-  
vorden/Matronam piam & honestam, Proavus  
maternus ipsi fuit Vir Spectatissimus NICO-  
LAUS Schutte/ Vir Senatoriæ Dignitatis apud  
Güstrovienses prudentissimus. Proavia Mater-  
na ANNA Stoislossen / ex nobili Familia  
STOISLOFIORUM oriunda. Ex hisce Parentibus  
Nata proximo die in Æde D. Jacobi sanguine  
Christi Servatoris sui mundata est per lavacrum  
regenerationis. Mater autem, ubi jam filiam  
amantissimam absque dubio immenso cum  
gaudio exceperat, die partum proximè sequen-  
te, ni-



te, nimis maturè mortis violentiâ abrepta non  
sine magno Mariti cordolio abiit ad beatorum  
sedem. Secundo autem matrimonio subse-  
quente anno à Patre contracto, Novercam acce-  
pit, à qua in prima ætate piè est educata usque  
ad annum M. DC. XXXIX. quo nostræ piè de-  
functæ Pater ex hac vita discessit, cujus ex anime  
corpus die 19. Jan. sepulturæ traditum est. Pa-  
rentibus igitur orbata Dnorum Tutorum Curæ,  
& fidei est commissa, Marris autem Soror Dni  
*Valentini Beselius* Pia Vidua, Matriona virtute  
muliebri ornata, eam piè, & quod res ipsa osten-  
debat, feliciter educavit in illis, quæ ad pietatem  
spectant, & ordinem Virginalem exornaut, do-  
nec Avunculi Dni *Nicolai Schütten* / Hæreditarii  
in *großen Stobe* / fidei curæ est concredita, a-  
pud quem permansit usque ad annum 1655. quo  
divinâ providentiâ nuptui data est Viro Specta-  
tissimo, & Prudentissimo Dno. *Danieli Brandes* /  
hujus Urbis Civi Primario, & Templi Mariani  
curatori fidelissimo. Nuptiali benedictione  
in Æde beatæ Virginis solenniter factâ  
per Plur. Rev. Dn. *Caspar. Mauritium*, Theol. D.  
Prof. ac Superintendentem gravissimum, riteq;  
nuptiis celebratis in domo, quæ apud nos dici-  
tur, *Nova*, subsequenter annis benedictione  
DEI mater facta est duorum filiorum, & unius  
filix.



filia. Anno 1656. die Bartholomæi filium peperit *Nicolaum*. Anno 1659. die 27. Augusti filiam *Annam*, & tandem Anno 1664. die 19. Julii, filium *Damelem*, qui adhuc Dei gratiâ superstites Matris obitum acerbissimè lugent. Cum marito ita vitam suam egit, ut tum mens una, tum voluntas, amor, aut obsequium mutuum perpetuò esset ambobus. Nihil quoque prius, nihil antiquius habuit, quam Deo placere, ejusq; voluntatem sedulo probare, proximi commodis servire, ac in vera pace, & tranquillitate eum omnibus vivere. Neque tantum sollicitudinem, curamque rei domesticæ serio, seduloque sibi habuit commendaram; Sed etiam charissimam sobolem ex se natam piè pudicèque educavit, ac omni tempore, imprimis, signo publicarum precum dato, ad arduas preces, & obedientiam Deo, & Parentibus promptissimo animo præstandam, sedulâ curâ est adhortata, atque cum illis pro salute publica, ac domesticâ auxilium Divinum frequentissimè imploravit. Die 22. Novembr. nostra piè defuncta sortis humanæ casus experiri necesse hacuit, dum morbo affecta est, cujus species à Viro Amplissimo & experientissimo Dno. SEBASTIANO Würdigen/Medic. D. & Prof. celeberrimo, Amico ac Collega nostro singulariter colendo, describitur: *Morbus, beata defunctæ inquit, acuta fuit Febris, octavo enim die, Critica per petechias in facie & manibus erupit evacuatio: cum tamen imperfecta merito infida à Medicis dicitur, non enim omnem torbi malignitatem exhausit & evacuavit; decimo tertio reliquum exterminare ansa est natura, ob virium tamen ja-*  
*cturam,*




*Eturam frustra. Unum quidem & alterum diem post primam  
evacuationem sic satis bene sperare nos iussit, in sumendis et-  
iam medicamentis satis obsequiosa fuit agra, mox tamen  
symptomata magis magisque exacerbata, vires enim & vita,  
auditus, visus, vox & loquela, alique sensus indices immi-  
nuti, aliisque periculosa indicia, v. g. lingua paralysis, & Qu-  
ria, convulsiones accesserunt, quae omnia maxima malignita-  
tis hant obscura fuerunt signa, morbumque, ex quo beata suc-  
cubuit, fuisse periculosum, epidemicum, contagiosum, tandemque  
lethalem, id quod satis luculenter nobis exhibuerunt, iam e-  
numerata cum facie Hippocratica, symptomata. Quando  
autem sensit, vires paulatim, omniumque membro-  
rum vegetam constitutionem in pejus ruere, animam  
suam cibari desideravit corpore, & sanguine CHRISTI  
sub pane, & vino benedicto, cujus etiam veram in De-  
um fiduciam particeps facta est per manum Viri Rev. Dni.  
BERNHARDI MÜLLERI, templi Mariani Sacerdotis fide-  
lissimi. Durante morbo, diligens quidem cura Medi-  
corum est adhibita; Illo autem in dies crescente, tan-  
dem inter ardentis preces, & suspiria, praesentibus Ami-  
cis, pie placideque in DOMINO obdormivit Anno a-  
tatis 41. Pro mariti tristissimi solatio non nihil hic po-  
neremus, nisi essemus certi, ipsum ut Christianum cor-  
datum, & humanarum vicissitudinum non ignarum.  
hoc vulnus inflictum pio & tranquillo animo esse to-  
leraturum. Hac igitur vice nobis curae erit, ut frequen-  
ter funeris abductionem comitemur, quod ut facere  
non detrectemus hodie ad horam primam, vos omnes,  
CIVES ACADEMICI, rogo, &  
horrori*

*Dabam Rostochii sub Sigillo Academiae Anno 1678.  
die 15. Decembris.*



















filia. Anno 1656. die Bartholomaei  
 rit Nicolai. Anno 1659. die 27  
 Annam, & tandem Anno 1664. die  
 Daniele, qui adhuc Dei gratia suam  
 obitum acerbissimè lugent. Cu-  
 ram suam egit, ut tum mens una  
 amor, aut obsequium mutuum  
 ambobus. Nihil quoque prius  
 habuit, quam Deo placere, ejusque  
 dulò probare, proximi commo-  
 vera pace, & tranquillitate eum  
 Neque tantum sollicitudinem, curam  
 ca serio, seduloque sibi habuit com-  
 jam charissimam sobolem ex se nata  
 educavit, ac omni tempore, imprimis  
 carum precum dato, ad ardentem pro-  
 priam Deo, & Parentibus promptissimam  
 dam, sedulà curà est adhortata, atque  
 te publica, ac domesticà auxilium Divi-  
 simè imploravit. Die 22. Novembri-  
 cta sortis humanæ casus experiri necesse  
 morbo affecta est, cujus species à Viri  
 experientissimo Dno. SEBASTIANO  
 dic. D. & Prof. celeberrimo, Amico  
 singulariter colendo, describitur:  
*functæ inquit, acuta fuit Febris, octavo ex-  
 petechias in facie & manibus erupit evacu-  
 imperfecta merito infida à Medicis dicitur  
 taorbi malignitatem exhausta & evacua-  
 reliquum exterminare ausa est natura, ob*



pepe-  
 iliam.  
 filium  
 Matris  
 ita vi-  
 untas,  
 esset  
 quius  
 em se-  
 ac in  
 ivere.  
 mesti-  
 Sed et-  
 cèquè  
 publi-  
 edien-  
 stan-  
 o salu-  
 entif-  
 esun-  
 dum  
 no &  
 /Mer-  
 ostro  
 de-  
 raper  
 amen  
 nmem  
 tertio  
 n ja-  
 ram,